

rannice voluptatis est. Profusus. Secundum potentiam verò & tertium augmentum manifestum est quanto dicitur interuallo. Manifestum quidem computatio. Siquis conuersio ordine quam voluptatis veritate superat rex tyrannum, quæ ueritate peracta multiplicatione, inuenit regem vitæ dulcedine superare tyrannum, & tyrannum vitæ amaritudine regem, gradibus viginti nouem, & septingentis. Mirabile nimium interualum hoc inter iusti & iniusti viri vitam, quoad voluptatē atq; dolorem cumulatissimi. Verus hic certè & cōueniens vitis hominum numerus, siquidem ipsi conueniunt dies, noctes, mensēque, & anni. Conueniunt quidem. Atqui si in tanta voluptate bonus iustusque vir malum & iniustum exuperat, miri certè est, quanto etiam magis ornamento, decore, virtutēque vitæ exuperabit. Mium certè. At enim postquam huc disputando devenimus: repetamus quæ a principio dicta sunt, ex quibus ad ista delati sumus. Dicitur quandoque fuit, iniuste agere illi prodesse, qui cū omnino iniustus sit, iustus tamen existimatur: non ita dicitur. Ita. Ad hæc igitur ita in præsentia differamus, postquam id inter nos cōuenit, quæ vim & iusta & iniusta habeat operatio. Quo pacto? Imaginem animæ verbis figuremus, ut qui illa dixit, qualia dixerit, re cognoscat. Qualem? Talem aliquam, quales, quoniam memorantur fuisse naturæ, Chlumeræ nimirum, Scyllæ & Cerberi, & aliarum multarum, in quibus se ut in variaz in eodem formæ cognoscit. Feruntur quidem. Finge itaque figuram vnam bestiarum variaz admodum & capita in orbem multa habentis, capita inquam partem bestiarum domesticarum, partem agrestium, quæ & permittat & producat ex se hæc omnia possit. Nuncipietur artificum narras, tamē cum ad fingendū sermo quam cetera facilius sit, fingatur. Vnam præterea his adiuge supernæ leonis formam: huic vnam insuper hominis. Et amplissimum quidem primum sit, angustius verò secundum atque tertium. Facilia quidē ista, quare & formata sint. Coniungite hinc hæc tria, ut ad vnum conficiendum inuicē coherere fiant. Iuncta sunt. Circūpone extrinsece ipsi hominis vnius imaginē, ut illi qui nequeat interiora inspicere, sed exteriora duntaxat cernat, operimentū, vnum animal, homo scilicet videatur. Circūdedi. Dicamus itaque illi qui asserit prodesse homini huic iniuste agere, iuste verò viuere nequam prodesse, cū nihil aliud asserere, nisi prodesse illi ut bestia illa multiplicem pascat & leonem, & robustū faciat & leonem, & quæ circa ipsum sunt: hominē verò ob perire fame permittat atq; eneruet, vsq; adeo ut propter imbecillitatē trahatur quocumque cetera illa rapiunt, nec alterū cum altero mansueticiat, inuicē tūc conciliat, imò finat singula se inuicē mortibus lacerare, ac pugnantia se mutuo deuorare. Omnis ino hęc dicit, qui quis laudat in iuriarum. Ergo si quis dicat officia iusta prodesse, hæc agenda dicēda quæ monebit, ex quibus homo ille iustissimus animalis interior, summa potentiam consequatur, feretq; illius pluribus capitibus redimicet, tantquam colonus curam habeat, domestica quidē capita fouens, irrigans & nutriendus, agrifica protinus amputas, dū leonis naturā ad hæc adiutricē accipit, cōmuniturq; curat omnia, & inuicem mutua beneuolentia sibiq; cōciliat. Profectō hęc arcu iustum laudat. Omnia itaq; ratione qui iusta laudat, vera loquitur: qui verò iniusta, mentitur. Nā & quo ad voluptatem, & quo ad decus, & quo ad emolumentū,

iusti laudator vera pronūciat. Vituperator autē neque veri quequam asserit, neq; nouit quod improbat. Nullo modo ut mihi quidē videtur. Mitibus ita que verbis illi persuadendum, neq; enim ipse delinquitur interrogat. O beate viri, nonne & honesta vitæ instituta & turpia, ob talia quæ dā esse dicimus? Honestā quidem, quæ partē naturæ ferinā homini, imò fortassis naturæ subiacentē turpia verò quæ a gregali domino mācipat māfuerat. Cōsentiet, ne nec Cōsentiet, si mihi crediderit. Estne aliquis cui proficit ex hac ratione iniuste autē vsurpare, si quidē accidit, ut dū accipit aurū, præstantissimam sui partem ignobilissimæ feruere cōpellat: Etenim si accipiens aurū, filii sui, vel filia mācipium efficeret agrestium & improborū hominū, haudquaquā accepisse prodesset, neq; etiā si multum exeret, sin autē partē sui diuinissimā partē plurimam sibi seculissimam sequere cogit, neque misericordia tangitur, nonne erit miser ac multo cū grauiori viri permittit, auti muneribus est corruptus, quam Eriphylo, quæ ut salutē viri proderet, monile illud accepit. Valde quidē, ut ego tibi pro illo respondē. Nonne & intemperantiā olim appellatam tali quadā de causā putas, quoniā in ea, diria, ingēsq; & multiplex fera vitæ quam deceat vagatur. Patet. Contumacia verò & insolentia improbat, quando leoninum & serpentinum illud genus ita superat, ut præter omnē modestiam inualeat. Profusus. Delicata verò mollicies in huius ipsius libera nimium relaxatione, quando in ipso timiditatem & ignauiam procreat, repræhenditur. Quid nō? Assentatio insuper illiberalitas que cum aliquis huic ipsum animo vitæ vigorem turbulentiæ multiplicique bestiarum submittit, ac propter quæsitū, eiusque inexplēbilem cupiditatem dicit, atq; ita ad primis annis affluentiæ, ut ex leone in simiam vertatur. Magnopere Mechanica verò mercenariæque ars curantiam habetur? Tūc certè hæc in nobis infamia sunt, quando quis partis optimæ speciem natura forsitus esse imbecilliam, adeo ut bestius qui in eo sunt, dominari non possit: colere verò tantum & possit & studere, & earum blanditias solum nosse. Videtur. Nonne ut huiusmodi vsq; ad tali quodam duce regatur, a quali & optimus quisq; regitur, feruū ipsum esse debere dicimus optimi viri, diuinūque in seipso imperatorem habentis: neque ad subiectū iacturam parere illum debere superiori censuram, quem admodum de subditis omnibus Thrasymachus exilimabat, sed quia prælat cuiq; diuino sapientiæ, principi subiecti, maxime quidem si talem in seipso principem habeat: si non habeat, principi huic latere exteriori, ut omnes simus, quoad fieri potest, consimiles & amici, eidem principi subiecti. Rectè enim nimum. Peripicuum quidem ex lege sit, quod tale quiddam ipsius est consilium, cum omnibus ciuitibus æquē prospiciat: tum illud etiā in paucos imperium idem ostendit, quo prohibetur sui iuris esse tantisper, dum & in ipsiis quem admodum in ciuitate Respublicæ constituamus, optimamq; ipsorum partem colentes, ex optima nostra parte exterioris huius principis loco similem quandam in ipsiis custodem sibi ipsi imperantem creemus, ac tunc demum liberos esse permittamus. Constat planē. Quia igitur ratione, d̄ Glauco, prodesse alicui afferemus iniuste, vel intemperatē, vel turpiter aliquid facere, ex quibus operibus deterior erit, dum pecunias amphiores, aut aliam quamuis potentiam consequetur. Nulla. Quo pacto iniuriarum prodesse

se dicemus ut & lateat omnes & non det prenas? Nonne qui latet, etiam sit deterior: hominis autem deprehēsi castigatiq; pars illa ferina sedatur & masculicē castigata, verò pars liberatur. Et animus totus in naturam optimam relictus, eo pretiosior sumit habitum, temperantiam & iustitiam cū prudentia adipsens, quam corpus cū robur & formam cum sanitate cōsequitur, quo anima est corpore pretiosior. Sic est omnino. Quamobrem quicūq; mentis est compos, huc omnem instituit vitā. Nempe in primis eas disciplinas plurimas faciet quæ talem animum ipsius efficiunt, ceteras autem spernent. Manifestum. Atqui neque corpus colet & nutrit, ut ferinæ irrationalisq; voluptati indulget, neque ad sanitatem respiciet, neq; studiose id curet, ut robustus, vel sanus sit, vel formosus, nisi vna cum his colat & temperantiam, ita ut corporis harmoniam propter animi consonantiam moderetur. Ita profusus, si quidem reuera futurus sit maficus. Sed neque vulgi estimatione commotis ordinem, concordatq; in pecuniis possidendis, cumulatq; mirabitur, in infinitū ite agebit infinitis malis obnoxius. Non certè, ut arbitror. Verūm ad interiorum viri Respublicæ semper respiciens, cautebit ne quid in ea loco moueat propter vel indigentia, vel copiam pecuniarum. Atque ita gubernans tum in augēdis, tum in erogandis pecuniis pro viribus ager. Summopere. Quin & honores eodē referet. Nam eos duntaxat gustabit, ex quibus meliorem eualurum se sperat, autem & priuatum & publicè fugiet, quibus decurari posse quandoq; presentem animi sui statum veteret. Nunquam rem ergo vult publicam administrare, si id curauerit. Imo per canem, inquam, sed in ipsa suis ipsius ciuitate. Et maxime quidem. Non tamen in patria forsitan, nisi fors quædam diuina contingeret. Intellego equidem, quod ea in ciuitate dicitur quam nos condidimus in præsentia, quæ & verbi solum, in terris verò nuscquam, ut arbitror, extat. Et fortē in celo illius extat exemplar, conspiciunt ei qui & intueri voluerit & seipsum ad illud, cū intutus est, instituerit. Nihil autem refert, siue vsquam sit iure erit. Que enim illius officia sunt agere soliti: quæ alterius sunt, nequaquam. Consentaneum est.

D I A L O G V S
D E C I M V S D E
I V S T O.
M A R S I L I I F I C I N I
A R G V M E N T V M.

Hæc Socrates diligentissimus humani generis pedagōgus ad legalem iustitiam, id est vniuersam virtutem per ipsam iustitiam pulcherrimam generat hominum prouocauit, ab iniustitia verò per iniustitiam turpissimam similiter reuocauit. Deinceps autē & ad illum per sempiternum detrimētum eius coloratissimū & ab hac per sempiternum detrimētum eius & suppositissimū abluat, atq; id est potissimum decimi huius officii. Sed antequā præcipio hoc figurat officio, præmio quodam virtutis, in quo diligenter abluat quod & in prioribus dialogis attingat. & in fine no reliquatur, admodum saluti publicæ necessarium. Profectō noster hic morborum medicus humanarū in ea morbi specie curanda est diligētiorem, quam ceteri non solum negligenter curant, sed ne curat quidem inquam, imò verò quod deterius est, quasi rem saluberrimam diligant, & omni studio complectantur: rationem inquam poeticam, quæ ingeniosius poetarum perturbator animos acutus exprimit, interim audientium legentiumq; animas perturbatōnes similes vehementer & profudius impiment. Ac tanto magis omnes inficium quanto laudatur & placeat. Proximum verò eiusmodi finem non cognoscuntur: ubi enim anima in rationem distribuitur, & in partes in-

feriores perturbatōibus agitatur, quarum imperium in anima primum deinde in ciuitate & tyrannicum appellatur. At quoniam poetica imitatio partes eiusmodi suscitatur, fontēq; & angēt iuritanam iram, titillans libidines, solans risum, effundens lacrymas, & querelas, idcirco rationis quidē regnum labefallare, perturbatōnis verò tyrannidem videtur adducere. Quamobrem Socrates postem eiusmodi alloquitur, in eandem sed maxime venenosam perdit, ne ipsi nos perdat. At vnde quanta charitate Plato noster vbiue humanis generi consulas, ea videlicet disquirere circūspiciens; pericula, que aliis omnino nullam suspicari potest: ad insuper & naturæ educationisq; propriæ, id est, poetice valde repugnant, modo hęc pro publica salute propagant. Quamobrem omnino miram videri debet Platonem hic ob veritatis amorem vel Homero suo non parcere, quandoquidem ob insititiam cultam neque genio quidē id legisit. Homero autem pro acipue derogat, ut per ipsum imitatorum principem, egeret multo magis amnatos existimemus. Et quoniam dicit ab Homero neque diuina neque humana doceri, intellige laudes in Phileto & Plato tribuit ab Homero, non ex Platonis sententia, sed ex communi opinione deductas. Probat autem imitatio peritiam esse, ut in arrationibus, vnde periculosam, præterea Jerusalem atque viliissimam. Siquidem imitator, neque res ipsas intelligit, neque facit, sed apparentes sensibus vniuersi formam sequitur, vniuersiq; de his opiniones accipit, & imagines quasdam referunt, & sensibus perturbatōnisq; obsequantur, nulla rationis habita ratione. Quantū verò poetæ improbat ubi perturbatur, tantum probat si ad virtutē & pietatem per honestas heroum laudes diuinosq; hymnos hortetur. Perit vbi quāuis vilius sit omnia imitatio exprimat, artium generis in terra diuidit species, vntem, fabricantem, imitantem. Et vntem quidem lyra, id est musicam, ad superare artem lyra fabricantem, quoniam certo sibi præscripto sine formam illi proponit operis fabricandi. Fabricantem verò superare possit, lyram coloribus imitantē. Qualem indicat & poetā, sic ad aures reuā iniquas, sicut pictor ad oculos, referentem. Sed inter hæc theologica quæ dā de ides mysteria insentatur, quæ quoniā in theologiam latius aperimus, vntem in præsentia perirringemus. Ascende ego Platonicæ contemplatōis ab his formis quas in mundi materia sentit, ad naturam formam eiusmodi generitū. Quam & non sentit, cogit tamen insusceptam mundicia cecuritate spiritum & plenum seminā, & per semina artificie singula disponentem. Naturam hanc in mundo talem esse sentit, qualem in terra esse potentiam vegetale. Ergo quædam admodum inter vegetali naturā intelligit præ se sententiā virtutem: ita & in mundo naturam simicē, sed commanissimam, in fontem redige sententiā quasi similem, sed commanissimam. Deinde & in te sensum in rationem, rationem in intellectu, & in mundo similitur sententiā genus in ratione naturam, atque hanc ingenus intellectuale reducat. Præterea cum percipiat in seipso intellectu id quod intelligibile est appetere quasi perfectius ab eoque formari: velut potentiore, præpote tam in mundo, quā in te naturam intellectuabile intellectualem naturā. Intelligibile verò idem omnino atque ipsum esse appella. Huic deniq; quod & intelligibile & ens appellasti, ipsum præpote bonum. Nam & ut bene sit esse cupis, & intelligibile gratia ipsius boni desideras. Postquam huc accesseris, percipies vniuersam fieri quodam imperio delectationem, ab insuscepta materia surgens per sensibiles qualitates per naturam, per sensum, rationem, intellectū, intelligibile, ad ipsum bonum. Præterea spiritum bonū cūta sub sensario numero, quasi die sexto percipisse, & in grado septimo, velut septimo die, id est in seipso conuoluisse. Aliorum quoque omnium finis est ipsum bonū. Non igitur nullus extra se finit, vel potest esse, vel fingi. Si bonū quo persequitur appetit omnia, cōuide dā bono est omnia. Sic si iustitiae propriaq; virtute omnia facit, intellige ipsam vniuersam in seipso percipisse. At quoniam prima ideiq; simplicissima natura est, idcirco formam in eo omnium formā ipsius vnam esse momento quam Plato boni ipsius vocat ideam, in qua dixit Tomas, Deum mundi officium cum creauisset mundū requiescit, dicens mundi officium in circūspicū sūm se recepisse. Præterea ipsa idea boni, mundus est, specialiter omnia formas specie duntaxat inter se distinctas, in natura intelligibilibus generat, quæ ens vniuersum modo quodam intelligibilibus comprehenditur, intelligentia quoque omnia mira quadam super intelligentiam rationem. In hanc naturam intelligibilem omnes suspiciti intellectus ab eaque, suspicissimi stabiles formalas idearum. Suscipiunt & rationes animæ vnde & formalas, licet quodā modo mobiles accepterunt. Possunt hæc rationales formalas animarum, virtutis quoque, formalas idearum descendunt imagines. Deinceps in vegetali quoque naturā semina perq; qualitates deniq; in materia.

toris, & iam affectu corporis gradatim preponderante. Denique post tres Paras ad Patetium transeunt marem: Necessitate ipsam saltem, cuius iam experiantur impulsus. Deinde sub vehementi alia tre animas, ut significare potest: scilicet corporis amoris ardorem crevere, simulque curam & sollicitudinem augeri. Item per ignis flammam de celo descendere. Præterea caetera namque per oblivionem ex fertilitate accidit, idcirco mox in Letheam, id est obliuionem descendunt campum penitus sterilem. Et quia ob diligentiem mortalium curam, negligunt æternam, unde & obliuio nascitur & iactura, & remissio, scilicet difficultas, inquit animas in campo Letheo ad flumem Amelitam ad est, negligentiæ fundum vsque descendere, ubi que sub nocte recomerere, id est, sub diuini luminis priuatione proferri. Et am quid significat? Amelitæ aquam nullo nunquam vase contineri posse: hæc quidem metaphora est, significans inferriorem in aere, quæ flumen dicitur, fluitare per formas ingreditur atque fluctuare, ita obliuionis vitium, quod est retinere nihil, sed statim effundere. Adde quod nullum extrinsecum sustentaculum servat animam propria negligentia peruenit. Quod præterea necesse sit ex obliuionis flumine bibere, patet, quoniam ita fiet ex natura propria, & communi fato & prouidentia est insipientium. Bibere autem aut plus aquæ aut minus, ex effectu ad corpus præuenit magis minusque procliuatæ demque maioris minoris obliuionis est causa, sine potius maioris aut minoris ad remissitatem facultatis. Has vtique passionis quodammodo experitur anima in corpore quodam ex acre crassiori coposito in superiori campo, antequam terrene matris vtero concludatur. Ac cessibus enim corporibus ad terræ, non solum per elementum, sed per corpus æreæ sit desectus. Subiungit animas in hoc æreæ corpore ad mediū vsque noctem dormire, ostendens mox sub terrene corpore non dimidiat iam, sed integram ignorantiæ noctem fore. Somnas testatur & rationis impedimentum & iudicij salutaritatem. Dissertio animas, inquit, facti terrene insinuari sub iocundis quodam atque terramotui, diabolus vi puto, de causis: tum iudicium inselictus auspicij hinc carcerem ingredi, tum ostendens tam celestem, quam terrenum matrem, & quidem vehementer, diuinam animam tam terro carcere coercentia concurrere oportere. Proficere verò ad generationem animas stellærum instans, alia figuram poeticam subinsinat animas stellares esse quodammodo, & ad flammæ denique rediturus. Quod autem vitio de migratione animarum in corpora bestiarum tam videlicet animal affectu scilicet ab animalium fabulis nibilo discrepat, in profecto nos admonet, totum allegoricè exponendum: videlicet rationales animas non in vitum bruti, sed brutum, id est quodammodo bruto similem vicissimque demigrare. Quod quidem omnibus penè Platonicis, excepto Platone, maxime placuit. Idemque Origenes in libris contra Celsam confirmare videtur. Tu verò ne negligas morale præceptum celestis veilla peritiam cunctis rebus & artibus præponendum. Præterea tam multa de librarum pulchritudine atque potentia hic addita fuisse vt cogitamus iustitiam & primum in celo ingens consequaturam, & ad optimum vitandi electiorem magis opere condularum. Verum dices tam magnanime Lanrenti, te hic à Aristoteli Pico commentarium accepisse potius quam argumentum. Etsi sunt operæ pretium fuisse arbitror atque fore, vt argumentum quidem prorsum commentarium vero præstiterim.

QUIDEM cogitati mihi, inquam ego, de hac quæ nuper verbis condidimus ciuitate. cum alia permulta recte admodum statuisse videmur, tum vel maxime, quæ de poetis sunt lata. Quænam est? inquit. Ne videlicet vlla poetis pars, quæ in imitatione consistit, recipiatur. Præ cæteris enim nunc est perspicuum, vt mihi videtur, nihil tale à nobis esse recipiendum, postquam singulæ fortium animi distinctæ sunt species. Quomodo istud ais? Vt apud tragicis imitatoribusque poetis aliis accusabitis corruptela quædam mentis omnia hæc esse videntur eorum, qui cum imitationis istas audiunt, medellam illam mentis non habent, quæ potissimum,

quales hæc fabulae sunt, discernant. Quorsum istas? Dicendum quidem, etiam amicitia quædam & reuerentia à pueritia mihi erga Homerum contracta me detinet. Etenim insignium istorum omnium tragicorum dux & magister primus existit videtur. At veritati vitum non censio præponendum. Quare quod institui, dicendum est. Omnino. Audi igitur. Imò vero responde. Interroga. Non quid explicare mihi potes omnino, quid imitatio sit? Neque enim ego satis quid sit, intelligo. An igitur ego intelligam? Nihil id mirum est. Nam sæpe contingit, vt qui hebetiore sunt acie, nonnulla prius intueantur, quam qui acutius cernunt. Est vt dicis. Cræterum te præsentem, nunquam auderem quod mihi videtur, exprimere. Sed ipse videris. Vis hinc exordiamur, solita illa nostra ratione considerantes? Speciem vnamquamque ponere solemus de quibuslibet pluribus quibus idem nomen imponamus. An non intelligis? Intellego equidem. Ponamus vtique nunc quoduis de multis. Vt ecce, plures lecti sunt atque mensæ. Quidam? Idem tamen harum rerum dux sunt. Vna lecti, mensæ est altera. Ita est. Solemus autem dicere, suppellectilis vtinque artificem sic opus suum absoluerit in idem illam intueatur, vnum quidem lectos, mensas alterum, quibus ipsi vitumur, cæteraque similitur. Nullus enim artifex ideam ipsam fabricat. Quo enim pacto? Nullo. Vide præterea nunquid talem aliquem voces artificem? Qualem? Qui facit omnia quoruncque vniuscuique artificis eorum qui manibus operantur. Potentem natras vitum, atque mirabilem. Nondum integram eius vim expressi. Fortè verò multo magis mirabilis, si expresserit. Nempe idem iste artifex, non solum omnia potest suppellectilia fabricare, sed etiam quæcunque ex terra nascuntur efficit, & animalia omnia atque seipsum. Terram quocumque, cælum, & ædem & quæcunque in celo sunt, & sub terris apud inferos, peragit. Sophistam narras mirabilem. Diffidit? Dic obsecro, nunquid nullo modo huiusmodi artifex esse tibi videtur? vel quodammodo istorum omnium fabri esse, quodammodo verò non esse? An non aduertis hæc omnia te quodammodo efficere posse? Quisnam hic modus? Haud difficile, potes enim passim & celeriter omnia facere. Speculum accipe, passimque circumferas. Solem protinus facies, & quæ in celo sunt, terram quam primum, ocyssimè teipsum, & cætera pariter animalia, suppellectilia, plantas, & quæcunque nuper commemorauimus. Imagines istorum quidem, res ipsas minimè. Opportunè, inquam ego, nimium respondi. Talis vtique faber est & ipse pictor. Nonne? Est. At ipsum dices haudquaquam facere vera quæ facit, quanquam & aliquo pacto pictor quoque lectum facit. An non? Facit quidem & iste, sed apparentem. Nonne dicebas quod lecti faber speciem quidem ipsam, quam esse dicimus id quod lectus est, non facit, sed lectum aliquem? Dicebam equidem. Si id quod est non facit, haud sanè quod verè est facit, sed tale aliquid quale quod verè est, non tamen ipsum quod lecti reuera. Perfèctè autem esse fabri, aut lectorum, aut aliorum artificiorum opus si quis dixerit, aberrabit? Non vt videtur his qui in disputationibus hæcè versantur. Nihil mirum igitur, si hoc & ad veritatem est tenue. Non cerè. Vis in istis quoque inuelligemus, qui

qui imitator iste sit? Si placet. Nonne tres hi lecti sunt? Vnus quidem in natura ipsa existens, quem Deum dicemus, vt arbitror, effecisse. Num alium quocumque? Nullum. Alter quem faber conficit. Planè. Tertius verò quem pictor. Nonne? Est. Pictor itaque, lecti faber, & Deus, tres sunt, tribus lectorum specibus præfidentes. Tres vtique. Deus igitur siue quia nolebat, siue quia aliqua necessitas inerat, non plures, sed vnum in natura ab ipso lectum fieri, ita solum ipsum vnum fecit lectum, qui sanè est id quod est lectus. Duo autem tales aut plures, à Deo nequeunt geniti sunt, neque gignuntur. Quæ ratione? Quia si duos faceret solos, vnus iterum cuius ambo haberent speciem, appareret: ipseque esset id quod lectus est, non autem duo illi id essent. Scitè. Hæc cum intelligeret Deus, velletque verus esse autor veri lecti, non autem lecti cuiusdam autor quidam, vnum duntaxat natura progeniuit. Videtur. Vis ergo hunc, huius plantatorem vel tale aliquid appellemus? Par est, quandoquidem natura & hoc & alia omnia fecit. Fabrum verò, nonne lecti opificem? Et hoc. Num & pictorem quoque & factorem huius operis & opificem? Nullo modo. At quomodo ad lectum habere hunc dices? Aptissimè mihi dici posse videtur, imitator eius cuius opifices illi dicuntur. Ergo imitatorum vocas eum qui tertium à natura facit? Valde. Talis vtique erit & tragicus siquidem est imitator, tertius quidam à rege & veritate: similitudineque alij omnes imitatores. Apparet. De imitatore quidem consensus. Sed depictore mihi deas vides, vturum ipsum vnum quodque quod est in natura, imitari contendat, vel artificum opera. Artificum opera. Vtrum qualia sunt? vel qualia nobis apparent? Hoc præterea mihi discernas. Quomodo id ais? Sic. Lectus quidè siue ex obliquo, seu è regione cernatur, seu quouis alio modo, nunquid à seipso differt? vel nihil differt? aliter verò videtur dispositus aliter inuentibus, cæteraque similitur? Sic apparet quidem, differe autem nihil. An aduertere & istud, quod in singulis intendit pictoris industria? vtrum vt se habent res singulas imitari? An quod apparet potius, vt apparet, imaginis apparentis? vel veritatis potius imitatio? Apparentis imaginis. Procul igitur à vero est imitatio: atque vt videtur, propterea omnia potest facere, quia exiguum quiddam cuiusque attingit, nimirum simulachrum. Quæmadmodum pictor pinget nobis coriarium, fabrum, & opifices alios, cum nihil in artibus his intelligat: veruntamen si peritus sit pictor, expresseritque fabri ipsius imaginem, quam procul ostendat, pueros demente efficit homines ita decipiet, vt verus esse faber illis appareat. Quidni? Cræterum, ò amice, hoc in huiusmodi omnibus cogitandum. Quoties aliquis nobis de hoc ipso nunciat, vel videlicet homini occurrisse in omnibus artibus cruditio, perfèctissimèque præteritis intelligenti quæcunque alius quouis intelligat: huic protinus respondendum, quod factus est, & in magnum quendam præstigiatorum incidit, cuius imitationibus sit deceptus: idcirco enim illum virum sapientissimum, quod ipse nequiuertentiam ab infetia, & imitationem ab ipsa re decesserit. Versissima loquens. Nonne posthac tragediam dicere deest, duè emque ipsius Homerum? postquam à nonnullis accepimus, tragicos poetas artes omnes intelligere, humanæque omnia tam ad virtutem quam ad vitium pertinentia, nec-

non & diuina: etenim poteram bonum oportere, si rectè quæ componit, sit tractaturus, eorum habere scientiam, aut nihil posse componere. Quare perpendere debemus, vtrum qui eos laudant, imitatoria poetarum industria decepti sint, eorumque opera dum aspiciunt, haud planè perficiant tertio gradu distat à veritate, faciliusque factu esse vel homini veritatis ignaro. Vmbra quippe non res veras faciunt. An forte non nihil dicant, ac reuera poetæ boni intelligant ea de quibus vulgo bene loqui videntur? Discernendum omnino. Siquis possit ambo perferre, & id quod in imitatione cadit, & eius simulachrum, nunquid eum putat in simulachris tingendis immoraturum? idque opus sibi in vita tanquam optimum propofiturum? Minimè. Nempe si veram eorum quæ imitatur, penitiam habeat, multò magis operibus ipsis quam eorum imitationibus incumbit: conabiturque multa, & præclara opera ipsi monumenta posteritati relinquere, fatiisque censetur, vt ipse ab aliis laudetur, quam vt semper alienorum operum sit laudator. Ita equidem arbitror. neque enim par honor aut par emolumentum. Cræterum de aliis quidem rationem minimè exigamus. Homerum aut alium quemvis poetarum interrogantes, siquis eorum medicus reuera fuerit, non solum verborum ad medicum spectantium imitator, quosnam vel veterum, vel recentium sanos poetas reddiderit, quemadmodum Aesculapius, aut quos reliquosque artis medicinæ discipulos, quemadmodum ille posteros. Sed neque ab eis de aliis artibus sciscitemur: mittamus enim reliqua. At verò de maximis illis præclarissimisque rebus quas tentat Homerus, bellis, imperiis, rebus publicis, & hominum disciplinis, par est ita eum interrogare. O amice Homere, si non eas à veritate tertius, singulæ virtutis imaginem, quem imitatorum in superiori definitum, sed fecit secundus, potèstque narrare, quæ studia homines vel meliores, vel deteriores ciuitatem publicè efficiant, dic obsecro, quænam prius per te rectius disposita est? sicuti Lacedæmon per Lycurgum, pèrç alios multos multæque paræ ciuitates & ample. Cuius potissimè verbis homines legum te optimum prædicant conditorem, & beneficia in se tua cômemorant? Charondam quidem Italia & Sicilia celebrant. Nos Solonem. Te verò quis prædicabit, & qualem? Nullus, vt arbitror, inquit Glaucos, beneficia eius commemorat. Quin neque ipsi Homericæ testari hoc audent. At quod bellum Homeri temporibus ipse consulore vel duce felicitat expeditum cômemoratur? Nullum. Præterea quæ viri huius tanquam in his rebus sapientis inuenta, ad officia vitæ & artis aptissima referuntur? vt Thales Milesij, & Anacharis Scythæ. Nihil tale. Si minus publicè, at saltem priuatim, quibusnam Homericæ ipse dum viuere, disciphinæ dux dicitur existisse, qui & eius cõsuetudine delectati sunt, & postèrâ Homericam aliquam rationè vitæ tradiderint? Quæmadmodum & Pythagoras in hoc summa cum autoritate vixit, & postèrâ etiam hæc testepotibus vitam Pythagoram celebrantes, inter cæteros illustres habentur. Neque tale quid rursus de Homero narratur. Creophilus enim, ò Socrates, forsitan Homeri familiaris, disciphina eriam magis quam nomine ridiculè apparebit, si quidem vera sunt, quæ de Homero narrantur. Dicitur enim negligentior in eum fuisse, dum sub hoc ipso viuere. Dicitur sanè. At enim, ò Glau-

Tragicus
ca. p. 10.

Carcerem
adhibet.

co, si creata poterat Homerus instruere homines, ac reddere meliores, utpote qui in his rebus non imitationis tantum esset, verum etiam intelligentie compos, et non multos sibi comparauit amicos: cur non viuentis honoratus est? cur non amatus? Profecto Abderites Protagoras, & Prodicus Chius, alijque per multi possunt hominibus sui temporis inuadere, primum singulos aduocare, & nunquam eos rem familiarem & publicam recte gubernaturus, nisi ipsi eos erudiant: & ob hanc sapientiam tam ardentem amantur, ut vix sedatores eorum se continerent quin capite eos circumferant. Homerum autem vel Heliodum, illorum temporum homines, si quidem poeta illi quicquam inuare eos ad virtutem potuerant, non quid permisissent oberrare tam diu quam passim decitates? Quin potius magis hos quam aptum complexi fuissent, induxissent ad domum suam familiarique conuictum, quod si non peccassent, sequuti fuissent passim, dum quantum satis erat, isdem ludis imbuti fuissent. Vera propositio nihil loqui videtur, o Socrates, Ponamus igitur omnes ab Homero incipientes poetice homines, virtutis imaginum imitatores esse, ceteroquinque similitudinem quancumque canunt, veritatem vero nequaquam attingere. Sed ut paulo ante diximus, pictor visibilium corari pinget imaginem, quum & ipse de coraria nihil intelligat, & imago illa corarius ipse apparebit illis qui rem ipsam nequaquam intelligunt, sed a coloribus figurisque spectant? Proferat. Haud fecit poetam dicemus colorem quosdam artium singularum nominibus verbisque exprimit, quum ipse horum nihil intelligat, sed imitetur duntaxat, adeo ut his qui hanc a verbis iudicat, bene dicere videatur, siue de coraria, versu, rhythmo, & harmonia, siue de re militari, aut de quibuslibet aliis dicat. Visque adeo natura quadam aures poetica illa delectat. Arbitror autem nosse te qualia videantur hanc opera poetarum, cum musicæ coloribus polara considerantur. Animadaertitine vnam? Animaduerti. Nonne perinde se habent ac facies eorum, qui propter adulescentiam formosi potius sunt, quam pulchri: quales aspectu sunt postquam ipsos flos ipse delituit? Omnino. Age igitur, hoc animaduerte. Imitator, simulachri autor, rem ipsam haudquaquam intelligit, sed apparentem rei ipsius imaginem. Ita est. Ne igitur imperfectum id relinquamus, sed quantum satis est contemplerur. Dicat. Pictor habens pinget ac frenum. Planè. Faciet autem corarius, traxitque, fiber. Valdè. Nunquid intelliget pictor, quales esse debent habent, quale frenum? Vel neque ipse quidè factor, siue traxitque fiber, siue corarius, sed solus ille, qui his vitis, eques? Vera loqueris. An non circa omnia sic esse dicemus? Quomodo? Circa quodcumque has esse tres artes, ut enim, facientem, & imitantem. Certe. Virtus igitur, pulchritudo, relictio cuiusque instrumenti, animalis, & actionis, non ad aliud referunt quam ad vsum, cuius gratia vnumquodque est & factum, & genitum. Ita est. Necessè est igitur eum qui vicitur aliquo, peritissimum esse, & operis factori significare, qualia bona vel mala facit in vfu eius quo vicitur. Quod admodum tibicero tibiarum fibro offendit, quæ tibi ad vsum aptissima sunt, ordinatque, quales oportet facere: ille autem ministrum se præbet, nomen? Quidam? Nonne hic intelligens, de apris & inepris tibus pronunciat alteri? Ille vero credens efficit? Planè. Circa idem igitur instru-

mentum; factor quidem rectum habebit, idem de pulchritudine & prauitate, & abderites intelligens, eodanque ad intelligere audire utens autè scientiam. Proferat. Imitator autem non habebit scientiam ex vfu eorum que pingit, verum pulchra sunt & recta, vel contra: vel opinio in rectam, ex eo quod necessè est intelligere ad hanc reat, inlustratque ab eo qualia quæque pingenda sunt? Neutrum. Ergo neque intelligit, neque rectè opinabitur imitator, circa eorum que imitatur, pulchritudinem, contrarietatem? Non videtur. Bellissime enim in effusione imitator, quod ad sapientiam attingit, in his que facit? Non multum. Veruntamen imitabitur, haud intelligens, quo pacto vnumquodque rectè habeat, vel contra. Sed vbi apparet, quod credit multis ignarissime esse pulchrum, hoc imitabitur. Quid enim aliud? Hæc sufficite nobis con fessa videtur, imitatoris scilicet nihil relictum nome dignum intelligere de his rebus, quas imitatur, sed esse eorum que quidam imitatione potius quam rem feriamus, omneque eos qui tragicam poetiam iambis heroicisque carminibus tractant, imitatores vel præ ceteris esse. Et maxime quidem. At per locum inquam, non quid hæc imitatio tertio gradu distat a veritate. Nonne? Est ut dicit. Ad quale igitur eorum, que in homine sunt, pertinet, quatenus vim habet eiusmodi? Desquam in interrogas? De tali quodam. Magnitudo eadem emittitur atque cominus conspiciat non aqua videtur. Non. Eadem que obliqua & recta in aqua nobis & extra aquam aspiciuntur, eaque iterum & prominentia propter vifus, circa colores, efferent, videtur. Omnisque huiusmodi in anima nostra turbatio comperita est. Quam quidem natura nostra debilitatem ad umbrationem facultas, & prestigiorum ingeniofus, reliqua que machinato aggressa, nihil inagicè seductionis intenterat relinquunt. Vera loqueris. An non metiendi, numerandi, librandi disciplina aduersus hæc opportuna sunt homini adiuuenta, ne id in nobis præualeat quod apparet maius vel minus, aut plus, aut grauius, sed numero, metro, lance depræhensum? Quidam? Atqui hoc rationalis animi pars est officium. Huius ipsius. Hoc autem sepenumero metiente indicantque maiora esse nonnulla vel minora aliis alia, vel aequalia, contraria tamen simul circa eadè hæc nobis apparent. Sic accidit. An non alias diximus fieri non posse, ut eodem simul & circa eadem contraria opinemur? Ac merito diximus. Vis igitur anima, que præter mensuram opinatur, haud eadem erit atque illa, que cum mensura. Non certe. Sed enim quod mensuræ rationationibus credit computationis, animi pars optima est. Nihil obstat. Quod ergo respicit ista ignobilis aliqua nobis pars erit. Necessè istam confessionem exprimere volens, supra dicebam, quod pictura & omnis imitandi facultas procul veritate posita, suum opus exerceat: rursusque eum aliqua nostri parte, prudentem profus experite, congredditur, & amicitiam contrahit, ad syncerum, verumque nihil. Maxime. Vils ergo imitandi facultas vili imitanti facile commissens, vilia procreat. Apparet. Vtrum talis est ad dicitur, que ad vsum spectat? An etiam que ad auditum? quam poetam vocamus. Probabile est hic insuper esse talem. Ne igitur e soli credamus quod ex pictura verum simile nobis apparet, sed ad eam ipsam cogitationis naturam, cui sese accomodat poetica imitatio, veritatem, videamusque num vile quiddam sit, an pretiosum

etiosum. Sic oportet. Hunc ergo in modum proponamus. Imitatur quidem poetice homines aut vi aliquid, aut sponte agentes, existimantque ex actionibus, vel bonum sibi aliquod esse vel malum, id eorum vel dolore affectos, vel voluptate. An aliud quequam? Nihil aliud. Nunquid in his hominibus homo secum ipse consentit? Vel potius quem admodum secundum vifum dissidet, ut narrauimus, de quo autem contrarias in seipso simul habet opiniones, ita & in agendo se cum ipse dissidet atque pugnat? At nunc nihil in mentem venit, nihil esse de hoc nobis in presentia discipulandi. Nam in superiori disputatione de his satis vna conuenimus, animum videlicet nostrum, consilii multus & variis huiusmodi contentioibus sibi eodem tempore aduicari sibi plenus esse. Probè. Probè id quidè. Verum quod tunc a nobis est prætermissum, nunc mihi videtur necessarium expediendum. Quale illud? Vir probus cui talis fortuna contigit, vel sibi amicitia aut aliquid aliud sibi charissimum, facilius quam ceteri feret, ut diximus. Planè. Nunc autè id consideremus, vtrum omnino non dolebit, vel hoc quidem impossibile, dolorem vero quodammodo moderabitur. Hoc certe est verius. Hoc mihi de ipso in presentia dicis, vtrum hanc ceteris dolere magis repernaturum, quando a similibus spectatur hominibus, vel quando solus est, aliorum consorcio delicturus. Per multum interest, si maiori conspectu sit. Porro cum solus erit, multo dicere audebit, que emittere coram aliis erubesceret. Multa faciet, que conspici ab aliis nunquam vellet. Est ita. Quod ob stare iubet, ratio est: & lex: quod autè ad dolorem rapit, perturbatio: Vera loqueris. Cum homo circa idem simul eorum raris moribus agere, necessarium duo quædam illa esse dicimus. Procul dubio. Alterum quidè legi obtemperare paratum est, vtenique inuenerit. Quo pacto? Lex, vique dicitur, optimum esse in aduersis, quam maxime fieri potest, quietem agere, neque conueni, quod incerti sit, bonum in se sit, an malum quod acciderit, cum quod nihil dolor ad sequentia conuertat, neque vlla humanarum rerum magis pendenda sit, cui quod subito præsidia esse potest, dolor impeditur. Cui inquis? Consultare inquam circa ea que acciderunt in primis oportet, & tanquam in talorū iactu, prout cecidit, quomodo docetque ratio melius rem habere dicat, negotia disponere. Neque verò si quid aduersi incidit, prosterne nos debemus, atque ut pueri solent cum offendunt in lapide, proidenter circa id quod læsit, euadendo moram trahere: sed animum adiuuare, ut ad sanandum præsto adit, & quicquid ægrotat, dimittit lamentationibus corrigat. Opportunum hoc quidem est aduersus fortunæ ictus remediū. Quod si optinuit, rationi huic libertate obtemperat. Constat. Quod vero ad perturbationis recordationem huiusmodi rapit, in eis diuini detinet, irrationale est, laugudum, formidolosum. Ita dicendum. Quod que vultum est, imitationem plurimam ac variam suscipit. Prudentem verò pacatumque morem semper sibi ipsi similem, neque facile possumus imitari eoque si imitetur, facile percipitur, presentem a turbatione tractu variis ex gentibus consuetudine. Alieni namque affectus ipsi imitatio fit. Sic est omnino. Imitatio verò poetæ haud ad hoc intendit, ut huiusmodi nature sua sapientia placeat, si vultgo sit placitura, sed querolum animi morem variisque obseruat, qui imitatione, facile possit effici-

gi. Patet. Merito igitur imitationem poetarum reprehendimus, pictorice imitatione regionem respondere dicemus. Primo quidem, quod vtraque, si veritate spectes, vilia operatur. Demum etiam quod parti animæ rationis expecti similiter sustingatur, & optimam deserunt. Atque idcirco eorum eam inuicem legitime gubernanda nequaquam recipimus, quoniam hanc animi partem suscitaturque aliter quam dum corroborat, rationis compositè vim disperdit. Atque ut ille qui in ciuitate eos qui plurimum possunt improbos redderit, prodere ciuitatem, probos delinere etiam & imitator poetæ, peruersam in animum, comitèr rempublicam inducet, dum illi animi parti blanditur, que sine mente est, neque maiora minoræ discernit, sed eadem tam parua tum magna existimat, huiusque simulachra fingit, ac veritate vellementer alienus. Longe quidem. Non dum tamen quod maxime ex ea malo progrediente narauimus. Nam quod probos quoque vicia pro paucis admodum exceptis, corrumpere possit, id penitus horrendum est. Cur non possit si quidem id facit. Ausculta inquam, ac vide. Nonne & optima que nostrum cum audimus Homerum, aut alium quemuis tragicum, qui heroum aliquem in locū versantem, vociferantem, & querulis fortuam suam modulis delentem, & pectora pugnis percutientem imitatur, delectatur quodammodo, inhiatque ad illa que iurimus, vnaque afficitur, ac serio studiose que illum, ut poetam bonum laudamus, qui adeo nos vehementer moueat? Animaduerti. Quoties autem aliquem nostrum domi hinc vtriusque inuadit, metior, scis ve de contentio gloriatur: nempe si quo pacto quietem agere, & tolerare dolere valeamus: quasi hoc quidem vni sit, nullis illud quod antea laudabamus. Planè. Quam præclara hæc laus, ut qui talem spectat vtrum qualem esse se minime vellet, puerescere maxime, non abominare, sed delectetur, ac laudet? Absurdum profus. Certe, si & hoc modo istud animaduerti. Quo modo? Quod videlicet id quod in propriis calamitatibus vi cohibetur, prohibeturque, in lachrymarum stertique erumpere, & naturæ suæ lachrymarum auidè indulgere, illud ipsum est quod poetæ expleat, cui penitus blandiuntur. Tunc certe, & quod natura in nobis est optimum, utpote nec ratione, nec vfu sufficienter instructum, querulum istud deinceps custodire, quasi alienas spectet perturbaciones, nihilque sibi de decori sit, si dum vit alius qui virtute præclare se prædicat, immoderatus delectat, ipse eum laudet & misereatur. Quin oblectationem illam lachrymari se putat, neque vlla ratione ex contemptu poetis illa carere se vellet. Paueri sanè animaduertent, ut arbitror, quod ex alienis in propria transire aliquid necesse est. Nempe in alienis erumnis stibile illud ingenium nutritur, & vehementiusque reddidit, nisi propriis haud facile sitiles. Verum inquam loqueris. Nonne eadem de re est ratio? Quod enim te maxime pnderet risus comouere de causa faceret, id eum in comœdia vel priuata imitatione audis, tanquam ridiculum libentissime adsculas, idemque hinc facis quod in imitatione flebilis fieri diximus. Nam ingenium illud tuum ad risum prouocat, quod ipse in re a risu, veritus securitatis crimen, continebas, hinc iam resolutus in iocos, vel ementiorum sensum reddis risus ipsius affectum, ut & propriis in gelibus in risus vltra quam deceat differri incipias, & cura

ridiculis comœdiæ iocis excitus euadit. Vehementer quidē. Idem quoque de venereis & iracundiis dicimus, de quibus omnibus animi cupiditatibus affectibusque tristibus & iucundis, quos in omni actione insequi nos in superioribus diximus, & talia quædam poetica imitatione in nobis effingere. Nutrit enim ista, dā fouet atque irrigat, quæ potius ariditate extenuanda sint: efficiatque, ut meliores beatioresque, quæ subesse potius deceat, ut meliores beatioresque ex deterioribus & miserioribus euadamus. Haud aliter dicere possum. Si quando itaque Glauco Homeri laudatores offenderis, audierisque dicentes Homerum omnē Græciā erudisse, proque rerū humanarum gubernatione & disciplina poetā hunc asciscendū, & ad eius instituta omnē vitā instruendam, memento ferendus & amādos esse tanquam pro facultate sua optimos viros, concedendumque Homerum apprime poeticū esse, tragicorumque præcipuū. Scito autē hymnos in deos & in optimos viros laudationes duntaxat ex poetis in ciuitate admittere oportere. Si autem voluptuosam musam in canticis & carminibus acceptaueris, voluptas in ciuitate ac dolor, pro lege & pro illo quod semper optimā vitam efficit, ratione scilicet, dominabuntur. Vera loqueris. Hæc itaque in cā sententiā dicta sunt aobis, in hac repetita de poetis mētionē quod merito ē ciuitate tūc ipsam, quæ talis sit, expulsum. Sic enim ratio cogebat. Id quoque adiciamus, ne rigiditatis nos rusticitatisque acculeret, quia vetus quædam extat inter poetarum philosophiarumque dissensio. (Cuius certē cōtentionis argumentū dicta hæc esse possunt, quæ subiiciā, aliaque permulta.) Nempe, canis illa garrula ad aures domini latrās. Et, magnus ille in demētium vaniloquus is. Et, turba supersticiosorum sapientium exuperās. Ite, qui minuta & tenua meditatur, paupertate prematur. Atque alia innumerabilia similitudinis eius veteris signa. Verum tamen id dicatur, quod voluptatis inuoluita poetis, imitatioque si quicquid ad cā rationē afferre possit, ut in ciuitate redē instituta accipi debeat, libet accipiemus, ut eius oblectamentis fruamur. Ita enim nobis ipsi consensimus. Enim uero quod verū videtur, prodere nefas est. Nam & tu, o amice, nōne ab ea mulceris: præsertim Homerica. Valde. An nō æquū est cā prodire in mediū sese defendere, vel cātelam, vel metro quouis alio? Omnino. Cūcedamus utique ipsius defensoribus quicunque poetæ quidem non sunt, sed poetarū amici, ut absque carmine eā defendant, assertes eam non modō iucundam, sed vitē esse ad rempū. & hominū vitam instruendā. Quam quidem defensionem equo animo auscultabimus. Lucro enim id nobis fore existimamus, si non suauis tantum, verum etiā vitis nobis appareat. Quid obstat, quin id futurum sit? Alioquin, o dulcis amice, quemadmodū qui quandoque aliquid amauerit, si deinde censeat amorem sibi illū inuile fore, licet ægrē amare desistant, desinunt tamen, ita & nos propter ingenitū nobis talis poetis amorē, ex pulcherram rerū pub. educatione, benignē quidem expectabimus, ut optima verissimaque appareat. Quousque tamen defensionem pro scripse asserere non poterit, ita cā audiemus, ut oratione supra dā nobis exposita, nosmetipsos veluti quādā incantatione aduersus pericula imminentiā muniamus, cauentes ne deliciis amatoris vulgi quæ amoribus rursus irretiamur, illud quoque sentiemus, nō ita esse huiusmodi poetis studendū, quasi vera sit ars scribendi: sed cauendū ab ea audiendi cuique esse, in-

Abstr. a
Groz.

teriori que animi sui reipublice metueti, & quæ de poetis narrauimus, de ea prorsus exilumada. Cōsentio equidē, Ingēs porrō, o amice Glauco, ingēs, neque quantū videtur, est certamen, bonū efficiat aut malū. Quamobrem neque pecuniarū gratia, neque honoris, neque potentie, neque poetici vilius oblectamēti, iustitiā ceterasque virtutes negligere decet. Assentior ex his rationibus quæ narrauimus, arbitror autē & quemuis alium eadem confessurum. Atqui ingētia virtutis præmia, mercedēque illi propositas, nequam narrauimus. Immenā dicis præmia, si qua maiora sunt his quæ retulimus. Quid magnum breui in tempore esse potest? Nempe omnē hoc tēpus à pueritia ad senectutis extremū exiguū quiddam est ad vniuersum. Imō verō nihil. Immortalem verō rem centes breui hoc pro tempore quiddē, pro vniuerso verō nequamquam debere esse sollicitē: Pro omnino certē. Sed quorsum hæc? An ignoras immortalē esse hominis animam, & ab interitu liberam? Tum repente cōuersus in me Glauco, admiratūque intulit. Per locum ignoro equidem. Tu verō nunquid ostēdere potes? Certē nisi iniurius esse velim, puto autē & te id posse, neque enim id difficile. Mihi quidē difficile istud. Te verō libenter audire, id quod negas esse difficile, declarantem. Audies iam. Dic. Bonum aliquid vocas, & malum aliquid? Voco. Nunquid de his idem tibi quod & mihi videtur? Quid? Malum puro omne quod dissoluit atque corrumpit. Quod verō feruat & iuuat, bonum. Et ego. Bonūne cuique aliquid, & aliquid malum esse dicis? Veluti oculis hippitudinem, & toti corpori morbum, frumento xeruginē, lignis cariem & putredinem, æri ferrūque, rubiginem, atque ut dico, feruē in omnibus secundum naturam proprium cuique malum ac morbum? Equidē. Quoties huiusmodi quicquam alicui accidit, deterius illud cui contigit efficit, ac denique totum dissoluit & perdit? Quidni? Proprium igitur cuiusque malum, siquæ prauitas, quod libet corrumpit. Ac nisi id corrumpit, nihil aliud vnaquam corrumpit. Neque enim quod bonū est, aliquid destruit: neque rursus id quod nec bonum, nec malū. Quo enim pacto? Si quid igitur tale est, ut ei malum aliquid sit, quod ipsum deterius efficit, dissoluere tamen ipsum non valet, certē ita naturaliter affectē rei nullius esse potest interitus. Consentaneū est. Estne aliquid quod animam prauam faciat? Et maxime quidē, quæ commemorauimus omnia, iniustitia, intemperantia, timiditas, & inficitia. An quicquam ex his animā perdit? Atqui animaduerte, ne decipiamur, exilitantes iniquam & insanam hominem cū in flagitio depræhenus est, tunc ab iniustitia, quæ animæ vitium est, corrumpit: verum sic age. Nōne corpus proprium eius vitium morbus liquefacit, resoluē eoque deducit, ut non sit corpus? & quæ paulo antē diximus omnia, proprio malo quatenus inheret, inquinant, esse desinunt? Nōne? Ita prorsus. Nunquid & animam eodem pacto iniustitia, & reliqua prauitas, cū inest, sua ipsa præsentia dissipat & tabefacit, quousque in mortem trahens a corpore separet? Nullo modo istud. At verō absurdum illud est, ut alienum vitium interimat aliquid, cui proprium vitium non præbet interitum. Præter rationem profectō. Attendē, inquam ego, o Glauco. Ex ipsa ciborum propria prauitate, quæ vel vetustate corrupti, vel quouis alio pacto putridi dicuntur, corpus perire posse non arbitramur. Verū si ciborum vitium cor-

Dem. a
fraco
de anim
iunior.
satis.

corpori proprium ipsius vitium intulerit, dicemus per illos corpus ab eius vitio, morbo scilicet, perdit. Corpus verō ipsum cū aliud sit, ciborum, quorum alia natura est, alieno defectu, nisi proprium defectu non induxerit, dissipari posse nunquam existimabimus. Recte nimirum loqueris. Eadem ratione, nisi corporis detrimentum ipsi animæ intulerit detrimentum, haudquaquam existimare debemus, ex alieno malo absque propria prauitate, animam interire, neque alterius malo alterum dissipari. Ita ratio monet. Aut igitur hæc redarguamus, quasi non rectē dicantur, aut quoad hæc integra permanent, neque ex febre aut alio quouis morbo, neque iugulatione, neque etiam si quis corpus in minutissima quæque concidat, dissipari animam concedamus, prius quam ostenderit aliquis propter has corporis passiones, animam ipsam iniquiorem prophanoerōne fieri. Quatenus autem alienum malum adest alteri, nec proprium cuiquam malum adhxret, neque animam, neque aliud quicquid perdit posse, minime concedamus. At enim, inquit, nemo id vnquam ostēdit, morientium animas propter mortem iniustitias efficit. Si quis autē, inquam, obicere nobis audeat, quod deterius & iniustior sit qui moritur, ne cogatur immortales esse animas confiteri, oportere dicemus, si vera is dixerit, vito iniustū lesteriam iniustitiam esse, sicuti morbum, & ab hoc ipso perimento sua quadam natura, eos qui suscipiant, periri: ocyus quidē illos qui maxime, ferius contra qui minus: neque fieri duntaxat, quod nunc fit, ut iniusti propter iniustitiam tunc demū moriantur, cū eos alij prorsus afficiunt. Per locum haud grauilimum quiddam malum iniustitia esse videbitur, si erit vito iniquo lesteria. Malorum siquidem liberatio erit. Arbitror autem contra esse omnino, ut & alios pro viribus interficiat, & hominem sui participem, viuacem maxime faciat, & apprime periuigilem: vsque adeo longē abest, ut ea sit lesteria. Scitō loqueris. Quando enim sua cuique prauitas, & sum cuique malum animam perdere nequit, nunquam malum ad alterius interitum institutum, vitra id cui proprie accidit, vel animam, vel aliud quicquam dissoluet. Nunquam, ut probabile est. Cū a nullo prorsus malo siue proprio, siue alieno interimat, patet eam semper esse, necessarium esse. Si semper esse, & immortalē existere. Necessē. Hōc igitur ita se habeat. Ac si ita se habeat, animaduertas eisdem semper animas fore. Neque enim pauciores vnquam erunt, cū nulla prorsus intereat. Neque rursus plures. Si enim immortalium quicquam plus efficiatur, ex mortali efficietur, eruntque demum immortalia omnia. Vera loqueris. At verō id nequam existimamus, ratio nanque prohibet. Neque iterum arbitramur animam verissima sui natura esse, ut varia, dissimilis, atque differens in se ipsa sit. Quomodo istud asit? Haud facile est sempiternum esse quod ex pluribus constitutum est, neque optimam compositionem est sortitum, ut nobis de anima nunc apparuit. Consentaneum est. Animam igitur immortalem esse & ratio præfens, & alia præterea conuincere possunt. Siquis verō qualis ipsa reuera sit, inspicere, cupit, haudquaquam intueri eam debet, quemadmodum communionem corporis multorum iniquitatem, ipsi nunc intuemur, sed qualis cū pura fuerit, diligenter ratione discernere. Vbi certē & multo pulchrior

apparebit, & clarius cū talis erit, quid iustum sit, quid non, & reliqua quæ supra diximus, iudicabit. Nunc quidem vera de ipsa, qualis videtur in presentia existimamus. Non aliter verō eam spectauimus, quam multi marinum insipientium Glauco. Illi siquidem non faciliē possunt Glauci antiquam considerare naturam, eo quod antiquæ corporis partes partim fractæ, partim contritæ sint, & ab vndis penitus dissipatæ, aliæque illi rursus inherant conchyliæ, algæ, lapides, ex quibus multo magis feræ præ se fert imaginem, quam naturæ prioris vultum. Ita & animam nos semper aspiciamus malis innumeris inquinatam. Sed enim illic oculos conuertere decet, o Glauco. Quoniam? Ad ipsius, inquam, philosophiam, & circa illam oportet animaduertere, quæ attingit animus, & quibuscumque confectudinem inire affectat & nititur, ut potest qui cognatus sit diuino, immortalis, & sempiterno. Qualis præterea futurus est, siquidem eiusmodi totus naturam sequatur, per hunc affectum nixumque eductus ex pelago quo ad præfens mergitur, nudique emergens excussio fabulo & oltræis, quæ ei nunc tanquam ex terra nutritio, terrena, lapidosa, & agrestia plurima inherescunt, propter eam utique alimoniam, quam plerique beatam existimant. Tunc demum veram naturam ipsius animi contemplantur, agnoscentque utrum varia sit, an simplex, qualis sit omnis eius conditio. Nunc autem animi humana in vita affectus ac formas fati, ut arbitror, declarauimus. Prorsus quidem. Nōne cetera quidem in hac disputatione exposuimus? Præmia verō & honores iustitiæ nequaquam artilimus, quemadmodum Homerum vos & Hesiodum adduxisse dicebatis: sed iustitiam ipsam ipsi animæ optimam præmium esse comperimus, iustitiamque agendum esse monstrauimus, siue Gygis habeat anulum, siue etiam Plutonis galeam? Vera loqueris. Ceterum nunc quoque præter hæc nulla inuidia prohibet, quo minus iustitiæ & virtutis iustitiæ præmia tribuamus, quæ ipsa animæ tā apud homines quam apud deos comparat, homini tā videnti quam defuncto. Magno opere. Nunquid ergo restituitis mihi, quæ in sermone mutuati estis? Quid maxime? Dedi equidem vobis iustū virū videri iniustum, iniustumque iustum. Vos enim petieratis, licet enim fieri non posset, ut ista homines deosque lateret, tamē cōcedi hoc disputationis gratia placuit, ut iustitia ipsa ad iniustitiam ipsam cōparata iudicaretur. Non recordaris? Innumeris eam nisi recordarer. Postquā iudicij peractū est, iam iterum posuim, ut exponatis, quam iustitia mercedē dāis & hominibus referat, ut & palmam ad opinionem & manifesta existimatione reportet, qua cultores suos ipsa quoque decorat, postquā apertē visa est etiā ipsa sui præsentia beneficia nobis conferre, neque eos decipere, qui verē possident. Aqua postulas. Primum quidē hoc mihi reddetis, quod qualis vterque eorū sit, & iustus & iniustus, deos non latet. Reddemus. Si deos id non latet, ille quidē a deo amabitur, hic odio habebitur, id quod principio confessi sumus. Est ita. Deorum autē amico omnia quoad fieri potest dāis optima tribuuntur, nisi quid mali ex priori delicto, ei necessitate quadam imminet. Omnino. Sic itaque de iusto viro existimandū, siue paupertatis, seu morbis, siue quibusvis aliis eorum quæ mala videntur, obnoxius sit, hinc demum vel viuētē vel mortuū ad bonum aliquid ista condu-

conducere. Neque enim à diis vnquam negligitur, quicunq; iustus euadere, virtutisque officii, quoad homini licet, deo similis fieri conabitur. Decens est talem virum à simili non ceteri. De iniusto autem contra omnino est sentiendum. Vehementer apud deos igitur iusto viro hæc dabitur palma. Sic arbitror. Apud homines autem nonne sic euenit, si vera fateri debemus? Callidi quidem homines & iniqui perinde faciunt ac cursores illi, qui ab inferioribus currunt bene, à superioribus minime. Nam primo cursores exiliunt, tandem vero risum reportant, auribus demissis, & sine corona discedentes. Veri autē cursores ad finē perueniunt, adeptiq; præmium coronantur. Viris iustis similiter idē, vt plurimum, accidit. Nempe in fine cuiusque actionis cōsuetudinisq; vitæ probantur, munerisque ab hominibus referunt. Magnopere. Sustinēbunt vt ego de his, quæ tu de iniusto adducā? Dicā enim quod iusti cum ad maturam ætatem peruenierint, ciuitatis muneribus pro arbitrio funguntur: matrimonia quibus cum voluerint, & dando & accipiēdo vicissim inuentæ: summam quæcunq; de illis tu, ego nunc de his affirmo. Rursusq; de iniustis hominibus assero, pleriq; quod ipsorum quamuis ad tempus sua vitæ celent, tandē in curriculi ealce, quales sint deprehenduntur: radiculi prius euadunt: & in fenno miseri à peregrinis & ciuibus obiurgantur, yerberantur, omnia patiūtur quæ tu aspera esse reuera dicebas: torquebuntur enim & inuentur. Porro quæcunq; ipse commemorabas, audire iterum ex me putato. Sed vt dicebam, videan sis hæc toleraturus. Perferam equidem: dicis enim quæ decet. Hæc itaq; sunt præmia, mercedes & munera, quæ iusto viro præter ea bona quæ ipsa in se iustitia continet, à diis & hominibus tribuuntur. Egregia valde hæc sunt & cetera. At enim hæc & numero & magnitudine nihil sunt, si ad ea comparentur, quæ vt vnq; defunctum manent. Audienda verò & ista sunt, vt omnia sufficienter quæ vtreq; conueniunt, compræhendantur. Dicis verò, non quidem vt iam nimis multa, sed tanquam libentissimè audituro. Equidē tibi non Alcinoi apologū, sed præstantissimū viri Eris Armenij genere Pamphylij, referabo. Qui cum occubisset in prælio, sublatis decimo die cadaveribus cæteris iam corruptis, integer quidem incorrupto corpore reperitus fuit, domūque delatus vt sepeliretur, duodecima iā ab obitu die, dum pyræ impostus esset, reuixit, & quæ interim viderat, retulit. Inquit ergo, postquā anima fuisset à corpore separata, vna cū pluribus quendā in locum demonū peruenisse. In quo terræ duos proximos vidit hiatus: duos item alios, è cōspectu supernè in cœli regione cōspexit: inter hos vero hiatus iudices sedere: qui postquam animos iudicauerint, iustos quidem ad dextrā supra per cœli ascendere iubent, in aduersā ipsorum parte signa eorum quæ iudicauerint, suspendentes: iniustos contra, ad sinistram infra, omnium quæ fecerant in vita, post tergum signa ferētes. Cum verò ad iudices ipse quoq; accessisset, illos aiebat respondisse: redire eum hominibus nunciū de his quæ illic viderat, oportere, iussitq; illum audire & intueri quæcunq; eis in locis fierent, diligenter. Viderat igitur illic per vtranq; cœli terræq; portā animas lata sententia abeuntes: per alias item duas, ex terra quidem ascendentes, animas puluere, squalore, maciēq; cōfectas: è cœlo autem alias nidas descendētes. Videritq; inquit animas vndiq; ve-

Narratio
Eris, qui
reuixit.

nientes tanquam longa peregrinatio ac fatigatas, libenter in prato quod ibi est, tanquam celebri in cōuentu recumberet: ac se, inuicem quæcunq; mutuum notitiam habuerint, salutare: eiq; omnes, tam quæ ex terra quam quæ è cœlo cōuenissent, sese vltro citroq; de his quæ suis in locis viderint, percontari, si biq; vicissim ad singula respōdere: & has quondā dolentes ac fientes memora malorū quæ in præterito sub terris itinere & perpeffe sunt & viderit. Esse autem iter illud mille annorum. Illas verò quæ de cœlo descenderant, narrare delicias, pulchritudinēq; ingentis spectacula. Multa quidem illa referre, quæ longo ordine recitabat, prolixæ nimū narrationis, ô Glauco Summam vero hæc esse dixit. Quoscunq; alius iniurias intulisse cōstat, pœnas singularem pro quolibet decies reddisse, id est spatium annorum centum: quasi hæc via humanæ sit meta, vt animæ decuplam iniuriæ darent pœnam. Itaque si qui cædis multorum causa fuerint, ciuitatēq; exercitus prodiderint, vel homines in feruiturē egerint, vel alicuius alterius flagitii & scelere conscij fuerint, in his omnibus pro quolibet facinore pœnas decuplas pendere. Atque iterū si qui beneficia quædam cōtulerint, iustitiamque & pietatem coluerint, eadem ratione præmia reportare. De his vero qui statim ac nati vni decesserit, aut breue tēpus vixere, quædam parū digna memoria recenset. Erga deos autem & patres pius vel impius, & homicidas qui cæde manus proprias polluerit, maioribus & premiis & pœnis affectos esse narrabat. Inquit enim se interfuisse, cum alium interrogaret quispiam, vbinam Ardiæus magnus esset, hic autem in quadam Pamphyliæ ciuitate tyrānus fuerat, annis iam mille ab isto tempore exadis, qui senem patrem & maiorem natu fratrem occiderat, aliāque plura impia scelera perpetrauerat. Interrogatūq; illum aiebat respondisse: Non venit Ardiæus, neq; huc veniet. Vidimus enim inter alia dira hoc spectaculū. Dū enim egressi hiatiū petereamus, cætera omnia perpeffi, illum protinus vidimus alioque cū eo, omnes feremē tyrannos: inter quos & priuatos nonnullos, qui magna scelera perpetrauerāt, quos ascendere iam se propemodū ausos, hiatus ille minime permittebat: sed horridè mugiebat, quoties aliquis eorū qui vel insanabiles essent, vel nondū purgati, egressi niteretur. Aderant igitur illic feroces quidā viri aspectu igneis, qui cum mugitum subito perpendissent, hos seorsum rapiebant, Ardiæum scilicet eiq;que permissiles: manibusque & pedibus & ceruice deuinctis, prosternebat eos, ex-carnificabantque: & fecus vnam quandam ad exteriorem partem raptatos, tribus lacerabant: prætereuntibus indicantes, quam illi ob causam talia paterentur, quōdve in Tartarū prociendū agerentur. Vbi cum multa varique eos tererent, hic paucior vehemētissimè vexabat, cum in ascensu mugitus excitabatur, quo silente quique libentissimè ascendere videbatur. Ac pœnas quidē & supplicia huiusmodi recētebat, & rursus beneficia illis vice versa similia. Cum vero animæ illæ quibus de supra diximus, in prato dies septem requieuerint, oportere eas dicebat octauo surgentes die illinc recedere, & quarto demum die ad locum aliquem peruenire, vnde superne per rotam cælum, atque terram extentum videatur lumen, tanquam columna erectum, Iridis similitum, clarus tamen ac purius. In id vnus diei itinere venisse, vidisseque ibi medio

in lu-

in lumine extrema cœlestium ligaminū à cœlo tensa. Esse enim lumen istud cœli vinculum, quem admodum, nitremque succindere, atq; ita circumferentiam omnem esse contentam. Ex apicibus vero suspensum Necessitatis dexa pensum, per quod omnes circuitus peragantur. Cuius fufus quidem & cupis ex adamante: verticillum verò ex hoc aliusque generibus mixtum. Cuius natura huiusmodi sit, secundum figuram quidem, qualis apud nos cernitur. Animaduertendum tamen ex illius sermone, perinde se habere ac si vno quodam amplo concavoque verticulo, & per totum sculpto, aliud minus simileque insertum iaceat, ita congruens, vt plerumque eadē, qui inuicem inseruntur: atque ita tertium & quartum: & alia quatuor, octo enim illa verticula esse, insertos inuicem circulos, labia supernè ostendentia: dorsum vero vnus verticuli continuum circa fufum efficiantia. Fufum vero illum per medium octauum, pœque totum esse traiectum. Primum igitur extimumque verticulum labij circum habere latissimum. Sexti autem secundum. Tertium quarti. Quartum octauum. Quintum septimi. Sextum sextum. Tertij septimum. Octauum verò secundum. Primitum atq; maximi circulum vnium esse. Septimi lucidissimum. Octauum autem verticuli circulum colorem à septimo irradiante suscipere. Secundi verò ac quinti similes inuicem, illis aliquantulo fluuiores. Tertij sanè colorem candidissimum possidere. Quartum, subrubeum. Secundam verò sextum albedine superare. Ac fufum quidem totum volatione simili circumferri: cum vero totū voluatur, septem interiores circulos motu totius contrario tardius circumuerti. Ex his planè octauum motu rapidissimo agitari: secundos verò alterum alteri consequenter, septimum, sextum & quintum. Tali verò tertium motu ferri, vt quartum circunvoluere videatur. Quartum autem tertium, & quintum, secundū. Fufum verò in Necessitatis genibus circumuerti. Supernè præterea cuiuslibet circulo hærere Sirenem vna cū globo delatam, vocem vnā intantum emittentem. Vnam tamen harmoniam ex omnibus octo concinere. Alias autem tres Necessitatis filias equali inuicem interuallō in throno sedere: parcas velibus albis, capite coronato, Lachesim, Clotho, Atropion. Quæ ad Sirenem harmoniam canant. Lachesim quidem præterita. Præsentia Clotho. Atropos verò futura. Et Clotho quidem cum matre simul intermissione quadam temporis, dextra manu tangente suū extimum circūferentiam circumagere. Atropion verò sinistra iterum interiores similiter. Lachesim deniq; vicissim vtraque manu vtrinq; tangere. Illuc ergo animas, cum venierint, statim oportere ad Lachesim accedere: Vbi illic propheta aliquis primiti singulas disponit in ordine postea cū ex genibus Lachesis sortes, & vitarū exempla suscipere aliquid sublimè tribunal ascendens sic fatū. *Oratio Lachesis puella formosissima, Necessitatis filia.* O animæ vnus diei circuitus alterius initium, mortalis ac letiferi generis, non vos dæmon fortiter, sed vos dæmon eligetis. Qui prior sorte cepit, prior eligat vitam, cui necessario inherebit. Virtus inuolabilis ac libera. Quæ prout honorabit quis, aut negliget, ita plus aut minus ex ea possidebit. Eligentis quidē culpa est omnis: deus autem extra culpam. Hæc factus, sortes super omnes fundit, ex quibus quilibet eam rapit, quæ super ipsum cecidit. Neq; licet cuiquam quotus ordinē sit

Parca.

agnoscere, nisi cum ceperit. Tunc enim duntaxat quotus sit, sortitus intelligit. Post hæc itē ex plarū coram ipsis in paucito disponit, multo plura quam quæ hic ad præsentem apparuit. Esse vero horum atq; omnium animalium vitas omniformes asserbat. Tyrānidem enim in illis extare partim perpetuas, partim ad tempus: quæ medio in spatio ceperunt, in paupertate delapsæ, exitum, & in opiam. Extare & præclarorū virorum vitas, partim specie, decore, viribus, certam inuicibus præstantiū: partim maiorum profapia & virtute nobilium. Et multarum vitas eodem modo. Animæ verò ordinem & conditionē non inesse, eō quod necesse sit, vt altam vitæ eligens conditionis alterius efficiatur. Cætera verò inuicem, partim dicitis & paupertatis vitæ cōmixta: partim morbis & famitæ: partim istorū medium obtinere. Vbi profecto, ô Glauco, omne hominis cōsistit periculum. Quamobrē omni studio danda opera est, vt quis quocunq; omnis cæteris disciplinis, hanc quærat, assequaturq; pro virtutis disciplinā, per quam & possit & sciat vitā bonā à mala discernere, & quoad fieri potest, ex omnibus eligere meliōrē: animaduertens quæ nunc diximus omnia, quid coniuicta inuicem vel disiuicta ad virtutē vitæ conducant. Nē non intelligat quid pulchritudo cum paupertate vel diuitiis iuncta & quali cum habitu animæ, malum operatur vel bonum: quidque nobilitas ignobilitate: vita priuata & imperium: robur & imbecillitas: velox ingenium & tardum: cæteraque huiusmodi quæ natura cirpata animā sunt, & quæ acquiruntur, inuicem concitata faciunt, vt ex his omnibus singulorū naturam valeat considerare ad animæ naturā respiciens, & meliorem vitam à deteriori discernere: deteriorē eam appellans, quæ iniustiorē animæ efficit, potiorē autem, quæ iustiorē: reliqua verò contemnat. Vidimus enim & viuētū & mortuo electiōnem hanc optinam esse. Cum hac igitur opinione instat ad amicitiam firma atq; rata oportet ad inferos proficisci, ne quis illic diuitias maligū huiusmodi admittet, nē in tyrannides & alias huiusmodi actiones incidens, multa & insanabilia scelera perpetret, ipseq; rursus deteriora perpetiatur. Imò verò sciat mediū semper istorū omnium missis extremis vitam eligere, & in hac vita & in futura. Ita enim quisque sit beatissimus. Enimvero qui tunc rediit illinc nunciū, ostēdebat hoc pacto propheta in edicto adiecisse: si quis postremis etiam accedat, eligat modō prudenter, cōstanter viuat, vitæ occurrat expectanda non mala. Primus ne oscitanter eligat, vltimus ne desperet. Cum hæc dixisset, eum cum primo fors obuenerat, illic inquit perantem tyrannidē maximam elisse: ac propter infestiam auiditatemq; haud satis singula prius examinasse, & id circū ignorauisse, quod in ea vita fato decreuerat erar, vt filios suos voraret, aliaq; mala plurima sustineret. Postea verò vbi per otium electam vitam considerasset, euasit, electiōnem noxiam deplorantem, quod non caussset, quæ propheta prædixerat, neque seipsum tanquam malorum causam damnatē, sed fortunam dæmonēque & reliqua omnia potius quam seipsum. Fuisse verò illum ex his qui de cœlo descendunt, qui sanè in superiori vita, in ciuitate aliqua moderata vixerat, virtutēq; vix quodam absque philosophia tamen studijs exercuerat. Neque pauciores ex his qui ex alto cecidit, quam ex albis, vt pote malorum ignaros decepti eligendi. Eorum

Eorum verò quid terra venerunt, plurimos, quia & ipsi calamitatibus laboraverint, & laborantes aitos viderint, haud temere vitæ eligere. Quam ob causam, ac etiam propter fortis fortunâ, bonorum malorumque multis animis mutationem contingere. Porro si quis semper eum in hanc vitam venerit, syncerè philosophetur, neque electionis fors vitæ cõtingat, cum ex his quæ illinc nunciantur apparet, non hic solum felix fore, sed & profectiorem hinc illuc, regressioremque huc iterum haud sanè terrenam & asperam futuram, sed lenem atque celestem. Hoc quoque consideratione dignum spectaculum esse dicebat, quomodo singule anime vitas singulas eligant. Miserabile quippe istud, ridiculum, visumque, electiorem scilicet secundâ vitæ prioris conuictum, ut plurimâ facientes. Animam enim, inquit, que olim Orphej fuerat vidisse, egypti vitâ odio muliebri generis eligentem: nolentè videbat ex mulieribus à quibus occisus fuerat, nasci Thamyris verò philonem. Cypnû autem confixisse ad humanæ vitæ electione cõuersum, aliaque musica animalia, ut cõtinentem est, similiter. Quandam etiã animam, eam oblate fors essent, leonis, elegisse vitâ hanc verò Abacti Telamonij fuisse dicebat, descendentem hominû naturam quoties iudicij illius, ubi pro armis cû Vlyse contendit, in mentem venisset. Post huc Agamemnonis animam propter ærumnas, odio humani generis vitam aquilæ ascisisset. Atalantes autem animam, cui media quædam fors contigerat, intuenti dixit quam maximis honoribus vir athleta afficiatur, cõtineret se non potuisse quin vitam athleticæ eligeret. Animam deinde Epei Panopenis ad artificiosæ mulieris naturam protinus migrasse. Longè verò inter nouissimas ridiculos Theristis animam simiam induisse. Casu vero, Vlyssis animam fortem vltimâ contigisse. Quocirca & ad eligendum vltimâ aduenisse dicebat. Preteritorum autè laborum memoria, ab ambitione cessantem, diuiprius quam eligeret curam euntè, quæfisse priuati hominis maximæque à rebus regendis alieni vitæ. Eamque vix tandè alicubi accentem & ab aliis neglectâ reperisse, dixisseque non aliam se vitam electurâ fuisse, etiã si fors primâ nata esset: quare vitam illam libenter fuisse complexam. Ex feris item aliis in homines transire animas assererat, & inuicè commutari: iniustas quidè, in feris agrellis: iustas autem, in manuceorum animalium vitâ capessere, atque omnes hunc in modum conficere mixtionem, cum vitas, omnes animæ gradatim, ut fors dederat, elegissent, longo ordine ad Lacheim accessisse narrabat. Lacheim verò cuique demonem què ceperat quæque, ipsius vite custodè prescripsisse, electorumque operum executorum. hunc in primis ad Clotho animam ducere, & sub illius manu reuolutioneq; & vertiginè fuisi, appropiare quoque fortis fortunam elegerat. Hanc vbi tergit, mox hinc ad Fortem nentem, que in mutabilia flamma reddat. Illinc postea properè necessitatibus thronû adire: per quem cum transierint omnes, sub vehemènti calore & æstu in campum Letheum proficere, arboribus & omnibus quæque; terra nascitur, penitus delitutum. Recubere igitur ipsas aduentante nocte iuxta Amlam flumè dicebat, cuius aquam vas nulum contineat. Atque ipsas aquæ bibere aliquantulum cuique necessarium. Eos autem qui prudentiam ducem non habet, vltra quam deceat bibere. Semper verò bibentem omnium obliuisci. Vbi verò ad me-

diã noctè dormierint, subito tonitru & terræ motu excitos repente aliû aliû fursu ad generationem cõfurgere, stellarum instar proficiscere. Se verò flumine ex illo potare prohibitu vitæ narrabat. Quomodo autem in corpus redierint, ignorare: sed cum diluculo subito circumspecterent, seipsum pyræ impositum animaduertisse. Atque ita, d. Glauco, seruatæ est fabula, neque perit, neque seruiabit pariter, si ipsi parebitis, & Letheum, id est obliuionis fluum bene transibimus, nullaque macula animam inficemus. Quamobrè si femonibus meis obtemperabimus, immortalem fore animam arbitrantur, talèque vitæ & mala possit & bona omnia sustinere, viã semper ad superiora ducentem sequemur, iustitiãque cum prudentia omni ratione colemus: ut & nobis ipsis simus, & diis amici, dum hanc ducimus vitam, & postquam virtutis premia reportauerimus, tanquam potiti vitoria & triumphis, & hic, & in millennario annorum itinere, quo de diximus, feliciter habeamus.

COMPENDIUM
MARSILII FIGINI IN
TIMÆVM.
DE SVBIECTO LIBRI.
CAPVT. I.

IN VEMADMODVM in Parmenide cuncta diuinorum genera pro vitiis comprehendit, sic omnia in Timæo complectitur naturalia, & vtriusque plurimum Tythagoricis est, sub personâ Tythagoricâ disputans. Atque in Parmenide quidem, Parmenidem & Zenonem Eleatem Tythagoricis, qui de diuinis scripserant, imitatur. In Timæo autem, Timæum Locrum, Tythagoricum, qui librum de vniuersis natura composuit, sequitur. Ita tamen, ut his no eloquentiâ solita adtingat, sed mysteria. Quoniam verò diuina quidem naturalia principia & exemplaria sunt naturalia, verò diuinorum esse illius ad circû & in Parmenide dum de diuinis agit, interitum descedit ad naturalia, & in Timæo naturam tractans, surgit spiritus in diuina. Neque iniuria diuinitatem simul naturamque, copulat. Natura enim diuinitatis est instrumentum. Atque ita vel de naturalibus agit diuinè, quemadmodum Aristoteles, vel de diuinis naturaliter agit. Interferit quoque mathematica tanquam vtrorunque mediâ, diuinorum scilicet atque naturalium. Quæ videlicet, per numeros quidem diuinos, per mensuras verò significat naturalia. Sic ergo huius libri subiectum ipsa vniuersa natura, id est, vniuersa quæda & vniuersa virtus tota insussumus, anima quidem mundi in a substantia, materia verò prædictis, eodemque ordine singulari pariter, quo & anima ipsa concepit, diuinam suspiciens mentem, quam appetens bonum.

DE ORDINE LIBRI
& partibus eius.
CAP. II.

Atque autem naturam vniuersi ipsamque vniuersam non esse quæ consistere, sed ex superiori diuinâque; causa dependere. Patet his insuper quot in gradus natura distribuitur, celestes, elementales, simplices, compositos, rationales, ratione carientes. Patet totam sub luna generationem ad animalia rationale quæ sit sine dominumque referri. Multa præterea de hoc ipso animalis, tum ad animam, tum ad corpus spectantia tractabuntur. Multa quoque de rebus quæ à natura infra rationale animalium coponuntur, de rebus quæ de triplici mundo tractabuntur, scilicet de diuino celestique & humano. Ostendunt quoque omnia que in mundo componuntur ipsius mundi, duo quædam principia intrinsecus eleuata esse, scilicet materiam atque formam: tria verò extrinsecus esse principia, scilicet efficietent mundi causam, & exemplarem, atque finalem. Et efficietent quidem esse diuinam potentiam, & intelligentiam atque voluntatem. Exemplarè verò, id est intelligentiam diuinam conceptam: Finalem denique boni.

DE INTRODVCTIONE AD
dialogum. CAP. III.

Atque in istam dispositionem dialogi veniamus, Plato quique continuos disputationibus delineat dies. In primo quidem Socrates in Piræa cum Polemarcho, Glaucone Adimato, Thrasymacho Sophista de republica disputant, secundo verò die in vrbe recessus eadem Timæo & Critia atque Hermocrate, & quarto eundem absque nomine peregrino forsan Timæi comiti. Tertio die horum epilogum faciunt. Quo quasi exordio mox saluò Timæus disputauit de natura, præsentibus sibi Socrates, Critia, Hermocrate. Quartus enim qui absque nomine scilicet interfuit narrationi, iam abest à tertio: non enim cuiuslibet est secretioribus interesse. Quarto autem de orationem habuit Critias. Quintus denique, nonnulli dies illuxit. Commodè admodum post diuina apud homines respicienda tum dispositionem, tum epilogum ad hoc est temporibus huius exemplar in Timæo accipit ab ipso deo composita, unde ad mundi generisque humani antiquitatem, & res miras à veteribus strenuè gestas.

ALLEGORIA HISTORIÆ, QUÆ
narratur in Prologo. CAP. IIIII.

Narrat autem inter dialogi huius exordia historia de bello quodam inter Athenenses, Atlanticosque commissio. Hanc itaque Cyantor tempore primus Platonis interpret nuda absque allegoria historiam accipit. Quidam verò contrâ, tanquam solam allegoriam. Sed hoc redarguit probatissimi quique Platoniorum: affirmantes quidem historiam, quia Plato dixit. Sermo futurus est valde mirabilis, sed omnino verus. Senoniam præterea Platonis nihil vquam temere molientis allegoricam existimant exhibendum. Bellum illud igitur inter, Athenenses atque Atlanticos in agnitione præ se ferre putant oppositioni que in vniuerso sunt omnium. Bellum enim, id est oppositionem apud Heraclitum esse omnium patrem. Anelus quidem oppositionem adducit inter firmi inuicem, atque planetas: præsertim quoniam in Critia dicitur, Atlanticam insulam in septem circulos fuisse diuisam. Originem verò oppositionem superiorum demum ad inferiora, atque vltiorum: illa potentia his numero excedentibus. Numeros autem ad rationem excellentium animarum sequitur Platonem, ad res alias animas generationem, sub Neoptomone generatione, & animas ad supra conuolutes. Distinguit vtriusque demones, quos esse diuinos valios esse secundum habitudinem quantum quoniam numerum particulares implent anime quidem nature demones, quos esse malos & noxios animabus. Hos igitur demones infimos consistere cum animabus in officina semper atque desensu: præsertim occidentales demones. Nam cum ab ægyptiis plagam noxias occidendi demones. Proinde lamblicus, vigenius, Proclus, his addunt oppositionem ipsam in vniuersis viget perpetuò, inter ynum & multitudinem: terminam & inuicem eundem & alterum: statum & motum: ex quibus lib primo omnia componuntur. Item carum, per se aut non per se, vtriusque essentia vel incorporata, vel corporata, & incorporata quide vel non declinat ad corporata, vel declinat. Corporata verò vel non caduca, ut celestia: vel caduca, vel elementalia. Denique in celo quidem oppositi inter se motus, & diuersæ virtutes. Sub celo autem repugnant inter se qualitates. Summum verò bonum omnium discrepantia per antiquum illud bellum significatur: & vbiq; superiora præstantioraque per Athenios, alia per occidentales significatur. Eiusmodi verò allegoria dispositioni Timæi non mediocriter conuenit. Confirmatur etiam per ea quæ in Critiam commentantur.

CASVS PHÆHONTIS. DI-
luua, Incendia, Minucru descriptio.

CAPVT V.

Hic iterum te admonet ut memineris nouè annorum millia ab Eudoxo millia mensiam cõputari. Item Phæhontem Solis filiam suam matrem exuisse terram significare apud quosdam vasilam cometam naturâ solis eandem distolam intolerabiles altas conuicti esse. Tertiè etiam incendia quæ narrat Moyse missa diuinis vbi verò ad diuinam peruenit, mentio in eam quidem omnium efficacissimè effecquam verò efficator esse terræ, & partibile minus are. Itè què diuider potenter atque penetrare: aqua vniuersa ad peruenire. Idem per hæc elementa vtriusque calamitates accider. Adde & finalem causam, quia videlicet per exitum saluû ab his duobus, sequitur manus boni, id est fecidior

verâ regeneratio quam per aeris pestes terrâq; huius. Ideo prouidentia ad amplissimam exitum his duobus præcipue vti. Cuiusque calesces inde restitit tempore: verò temporis interuallæ exitum imò reformationis fore Deum instituit, ipsè planè omnes ad astrâ vel ignea, vel aqua stellis quoque hanc ad idem cõducit vitiâ concurreant. Minueris præterea Neoptomone què de prouidentia naturæ alio Palladè verò prouidentia intelledna significare atque hanc ipsam Palladè à Platoniorum descriptis, diuinitatem spectantem simul atque potenter in celestia exornantem tum que sub celo sunt edificanti: inter alia, Arieti præcipue prædicent, & equinoctialibus circuli duct: vbi potissimum vigeret putant motricè vniuersi vitiâ. Mandabis memoria autem epi gramma, quod Proclus in ægyptiorum historia legit Minercu templis inscriptum: Ego sum que sunt, que erunt, & que fuerit, vbi meâ reuelamus nemo. Quem ego fructu pepseri vel est natus.

PRÆCEPTA DE VOTIS ET
precibus electissimâ. CAP. VI.

Vbi verò Plato ad Deum peruenit suppliciter adorandû: diuinitatem diuinâ supplicatione ita probant. Cùm Deus nobis prouideat, ac res nostrâ possit aliter se habere, certè pro rerum nostrarum vbi vtiliter adoramus: videlicet si boni sumus sic enim vti potest similes facti Deo propius conuenerunt, in qua quidem cõsultatione adorationis viti tota consistit. Neque enim deus simul vel ab eo quasi in exilio & carcere segregati populi ceter adorare decet. quo hinc libet atque erantur ad patrem. Adio quin similes eorum erimus, qui pariter in patriâ sunt orati. Profecto enim vniuersi partes sumus, vniuerso procul dubio indigemus. Ipsa enim ad totum conuersio partibus saluè præstat. Si igitur virtutes sceleratas, adorandus est tibi qui tota virtute cõtinet, ipsam namque amare boni causa erit & tibi erit quot viti expedit boni. Sine corporis optas boni, erit in vniuerso virtutis omnia cõtinent corpora. Idem igitur prouenire necesse est partibus quibusque saluè. Corporum verò habentem excellentissimos quoque apud omnes generis spectat vitiâ diuinitati vitiâ incubuisse, præcipue Indori Brachmasas. Perferam magis Gregori theologo. Calsos autè & alid quiddam adorandus. Ipe enim superum virtutes appellat: Deum, vix hæc noni ne venerari sunt. Hæc Porphyrius. Tunc hæc discipulus eius diuinum laticulum audiamus, lacrare in primis à Thronis corporibus. Omnia ex Deo ita sunt, ut nosq; vel minima que videretur à Deo. Vniuersam diuinam viget vitiâ: per omnia res que consistunt: ac perpetuo quoda immo quæritur ad Deum ipsius a quo & in quo sunt mirabiliter reuolunt: talia quæ in nihilu repetè peruenit. Ab vniuersa diuinitate omnia prædicantia vitiâ: quædam ipsi impressum vitiâ: diuinitate immo quæritur: quæ reuocantur in illa, & reuocata per ipsam. Itæ ipsa animas rapit ad vira, quibus vitiâ cû Deo nobis potenter impleatur. Quod si natura ex Deo manas quædam rebus quibuslibet cõuenientis cû superiora prædicat infertur, per quas quodammodo ad superiora sese vertit: sic ad solè solaria, ad lunâ verò bonitas, multo magis animarum pater rapit: et ad se vitiâ in impio. Quæ quidè in primis in diuina quæda vitiâ videtur illud superio re, necdã in ipsa intelleduali refectione sita videtur ipsam verò nostrâ in Dea refectionis adoratio spectat hinc oratio absoluit cõsistat: diuinâ in nos beneficentia naturali trabet cõgruente, cõcipit adoratores cû adorato, cõcipit superiora intelligere, vti omnium precer: mouent voluntatè eorum qui bona in se omnia cõplectuntur, ad bona nobis ad vitiâ impartiendâ, diuina permissiõnis effectrix, nostra animâ in superiorum stibidien finitice. Ad voti verò perfectionem quinq; præcipua pertinet. Primum quidè est notio quæda eius quod adorandû est, & qua ratione cõlendû. Secundâ verò assimilatio quæda viti nostræ ad diuinâ vitiâ, spirituale, castitate, sanctimoniam, disciplinam, ordine præficientè, diuinamque: captans benevolentiam, & animas diuine largitioni subiecti: Tertiu est cõtactas aliquas: per quæ efficiant diuinam ferme iam attingimus: & in ipsam summam atque quæda anima ver gimus. Quartum ingresso que tam in lamis diuinis est libellum. Quintam denique vniuersa, vniuersa anime propriam diuinâ vitiâ infusam penitus & cõnectis, vniuersamque actione eandè anime deici quodam, ad nec vitiâ nostrâ intras de deo sumus, prædore obrat & circûfusi diuino. Huius autè adorationis quælibet intermissione agida est, sup erum est finis, vti videlicet conuersio in animam cum ipsa peruanione conuagat: & quicquid à diuina vitiâ processit, vti vitiâ idem firmat: resistat vitiâ: lumenque nostrâ superno lumine circumfundat. Sola igitur adoratio recta animas beatæ reddit patriâ. Sola iustimoniam est plena